

226 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.

Solis tem moles in hemicycli formam, quam Solis templum quidam
plum. fuisse autumant. In hoc ipso colle fermè è regione, secū-
dum aliquos, sepulchri Marcelli in uia Flamunia positi,
Nero suū sortitus est, ut docet Suet. his uerbis: Reliquias
Aegloge, & Alexandria nutrices, cum Actia cōcubina gē-
tili Domitiorum monumento condiderunt, quod conspici-
tur è Martio campo, impositum colle Hortulorum: in eo
monumento solium Porphyretici marmoris superstanti
lunensi ara circumseptum è lapide thasio. Hic collis Hor-
tulorum quidem obtinuit cognomen, quòd sub ipso olim
fertilissimi, & perpetuis aquis irrigui fuerāt horti, ut ubi
de Augusti Mausoleo mentionem facimus, infra appare-
bit. Ex Hortulorum colle magistratus petaturi in Mar-
tium campum olim descendebant. Descendamus nos in
eundem, urbemq; Planam.

LIBER SE
XTVS.

De Vrbe Plana, & Theatro in genere.

CAP. I.



N VRBIS Planæ descriptione ut
quid, quò ue loco sit, aut fuerit certis se-
dibus collocatis magis pateat, à Capito-
lio per Pantheona (est enim Pantheon
huius urbis umbilicus) ad fluminis ripā,
prope S. Rochi ædem, linea recta deducatur, quæ ita dedu-
cta in